

Nf. 23.



54
Q. D. B. V.
GEORGII SARGANECK

PAEDAG. REG. INSPECT. ADI.

PROGRAMMA III. *Cl 3576*

DE

ADORANDA DEI MAIESTATE

EX

LINGVARVM

DIFFICVLTA TE PERMISSA

ET

PER ORBIS TERRARVM GENTES

VARIE DISTRIBVTA

QVO

AD EXAMEN IVENTVTIS
SCHOLASTICAE

IN

PAEDAGOGIO REGIO GLAVCHENSI

AD

DIEM XXVI. ET XXVII. SEPTEMBRIS MDCCCXXI

CONSTITVTO

ET

AD AVDIENDAS

VALEDICENTIVM ORATIONES

VLTIMAS

REI LITTERARIAE SCHOLASTICAE

FAVENTES

OFFICIOSISSIME AC PERHVMANITER

INVITANTVR.

HALAE MAGDEBVRGICAE

LITTERIS IOANNIS IVSTINI GEBAVERI ACADEM. TYP.



Primas difficultatum molestiarumque origines, quibus uniuersus terrarum orbis, imprimis autem literarius, per tantam linguarum multitudinem ac varietatem misere premitur, peruestigaturi ad ipsa multiplicationis huius primordia, hoc est, ad turrem Babel retrogrediantur, oportet. Quanquam enim illic occasiones potius quam causae tantae linguarum diuersitatis existerint, nec ulla ratione statui possit, omnes, immo ne 72. quidem (qui numerus vulgo at falso credebatur) linguas antiquissimas eodem loco ac tempore initia sua cepisse: tamen arrogantem hunc turris exstruendae ausum et confusio[n]i diuisionique linguarum et dispersioni gentium ansam dedisse, tam certum est, quam quod certissimum. Scilicet uniuersus orbis iam per bis mille et quod excurrit annos eodem sermone atque orationis genere usus fuerat, Gen. XI, 1. qui non poterat non esse sermo inter mortales primus, adeoque idem ille, quem Deus ipse Adamo eiusque posteris tradiderat. * Hanc linguam diuina providentia, etiam in corrupto statu, inestimabili beneficio, tam diu fouerat atque conseruauerat per plurimas generationes, unam, simplicem atque incolumem; hanc patres, venerandi senes, liberis suis et remotissimis quoque nepotibus, quibuscum habitauerunt, non poterant non tradere atque tueri sartam et illibatam; hanc etiam posterius facile addiscebant ac memoria retinebant, videlicet solam, unicam, uocibusque rerum naturae accommodatioribus praeseclutis post omnibus gaudentem. Donec plerique nouo superbiae genere tumidi, infaustas exstruendae turri Babel manus admouerent, ubi nimia inclarescendi ambitio, quae demonas olim coelo deiecerat in barathrum, linguam Babelitarum e turri praecipitauerit in chaos.

Qua

* Hebraeam fuisse linguam hanc primigeniam pluribus argumentis eicit Vener. D. LANGE im Mosaischen Licht und Recht, fol. 133. Obseruari quoque hic meretur, quod in Bibliis hebraeo-germanicis nuper Zullichoviae editis illisque praemissa Chronologia biblica notatur p. 35. Es gibt anmuthige Betrachtungen an die Hand, wenn man bey dem langen Leben der Patriarchen nachrechnet, wie weit sie den geoffenbarten Willen Gottes, (mithin auch die Sprachen etc.) auf ihre Nachkommenschaft unversälscht fortpflanzen können; dahero dormalen das geschriebene Wort noch fonte entbehret werden. Z. E. Adam hat mit Noah Vater, dem Lamech, noch 56. Jahr gelebt; Lamech mit Sem 92. Jahr; Sem mit Isaac 50. Jahr, Isaac mit den Kindern Jacobs 29. bis 35. Jahr; Levi, Jacobs dritter Sohn, mit Amram, Mojs Vater, 35. Jahr; Amram mit Josua 33. Jahr. Da also die Welt schon über dritthalb tausend Jahr gestanden, war Josua erst der siebente Mund von Adam.

Qua id factum sit ratione, utrum Deus, temeritatis sanctissimus vindex, stuporem plenum animis offuderit, an auditum turbauerit, an ideas rerum miscuerit, an in sermonis, forsan et rerum et sui obliuionem prolabi iusserit scelestæ turris architectos; an alio denique modo giganteo generi vertiginem induxerit, nemo facile definiuerit: nec enim patitur lex illa confusionis, ut quæ gesta ibi sunt confuse, nisi confuse a posteris cognoscantur. Hoc vero indubium est, solemnem hanc superbæ temeritatis poenam, quæ post diluuium uniuersæ omnium erat prima, et universalis linguarum quasi diluuii prima iecit fundamenta, non nisi per miraculum, sublatis naturæ legibus, derepente ac inopinato, omnipotentis Dei manu stolidis impietatis fabricatoribus fuisse inflictam.

Id ipsum suspiciendi huius iudicii diuini historia loquitur, Gen. XI, 6-9. *Age iam, descendamus* (inquit IOVA) *et ibi eorum sermonem ita confundamus, ut alii aliorum orationem non intelligant.* „Non loco mouetur Deus, (sunt verba Augustini Lib. 16. de ciuir. Dei) qui semper ubique est torus, sed descendere dicitur, cum aliquid facit in terra, quod præter usitatum naturæ cursum mirabiliter factum præsentiam quodam modo eius ostendat „* Ideo confudit linguas, ut alter alterum omnino non intelligeret, adeoque a temeritatis opera desistere cogeretur: quæ confusione subita et miraculosa sane non fuisset opus, si rescindendæ huius iniquitatis, animo pertinaci susceptæ Deus vidisset finem fore, a causis naturalibus expectandum. Tam inopinatam vero, tam repentinam, tam grauem atque uniuersalem fuisse hanc linguæ confusionem inde liquet, quia alias non suffecisset turbæ præfractæ ac ferreæ ab opere immortalis gloriæ causâ suscepto auocandæ, immo ne arcendæ quidem, nisi confestim ad unum omnes operantes constanter perturbasset, fatigasset, tædiisque adflixisset grauissimis, et nulli evitandis.

Atque hic dignissima memoratu intercedit analogia inter hanc linguarum confusionem, et peropportunam earum effusionem (Act. II, 2) æque miraculosam, sub initia orbis Christiani diuinitus factam. Quemadmodum enim Spir. S. linguarum dono instruxit apostolos, ad dispersas linguas gentes in fidei unitatem colligendas, miraculosa et subita mentis illuminatione,

* Ita Deus sanctissimus singulare hoc confundendæ Babelitarum linguæ propositum præuia quasi deliberatione, consilio atque voluntate a se constitutum, effectui se dedisse ipse testatur: quod quotiescunque alias in sacro Codice de Deo perhibetur, toties miraculi postea secuti est indicium, e. g. Gen. I, 26. 27. VI, 3. 6. 7. 17. coll. VII, 17. 24. XVIII, 20. 21. coll. XIX, 24.

tionē, quā illis momento ostendit, et ostendendo docuit, quā non didicerant*: ita contraria ratione primam illam linguarum confusionem offusamentibus caligine produxit Deus sanctissimus, ut hominibus momento euanesceret quod didicerant.

Sed quid hæc ad linguarum multitudinem atque difficultates? Sane multum. Primum quidem largimur, Babylone non initia, sed occasionem earum duntaxat datam fuisse, atque adeo innumeras gentium linguas, inde secutas, humanā vel diligentia vel negligentia opus iure meritoque haberi, ** non vero diuinā sapientia effectum, nisi permittentis dirigentisque. Verum enim vero, cum in hac prima et tantum non uniuersali linguæ primæ confusione atque dispersione iustissimam Dei vindictam indubitato videamus ac veneremur, non possumus committere, quin hanc ipsam Dei iustitiam, similia mortalium facinora simili quoque ratione nunquam non punientem, adeoque iudicium hoc in Babelitarum superbam temeritatem exercitum, primam quoque sed perennem statuamus diuersitatis linguarum causam, immo vero reliquarum causarum matrem ac principem. Nimirum quæ Babelitarum scelestia studia, quanta quamue varia etiam fuerint, Deum prouocarunt, ad sumendas, hac nec ulla alia ratione, ab operose improbis poenas, ea etiam secutis post temporibus omnibus easdem castigationes, mox publice satis, mox priuatim sensimque, in humanum genus induxisse quis dubitet? Similes certe causæ similes producent effectus, modo tanto grauiores, quanto maiores ipsæ extiterint: et certa vitiorum genera certa quoque et quasi sua ut habeant animaduersionum genera ne in nostris quidem rebus habetur iniquum. Ad hæc quos tum temporis fines confusione hac linguæ primæ obtinendos statuit iustissimus rerum nostrarum arbiter, (qui certe permulti erant et grauissimi), eos ut etiam postea, diuersis quidem locis ac temporibus, eodem tamen modo, per similitudinem causarum, licet citra miracula obtinendos statuerit,

* Legi hæc de re meretur M. Io. Iac. Maczewsky diff. de stupendo linguarum miraculo in Apostolis evidente ad Act. II. 4. Lips. 1740. 4.

** Apprime hunc in finem Celeberr. Olaus Borrichius de Causis diuersitatis linguarum disserit, cum nobis, inquit, *confusio illa peperisse uideretur plurima quidem fragmenta, nullam fortassis linguam alienam integram, inuexisse uideretur celeres dispersionis occasiones, quas secuta demum sunt variis de causis plenæ absolutæque linguarum varietates.* ----- Proinde id persuadet ratio, fontes illos inuisi Deo operis machinatores a confusione etiam plurimas retinuisse Ebræi sermone reliquias, sed admissa noua loquendi sarragine in alienum sonum, flexum, habitum detortas, additis haud dubie quibusdam plane inuitatis: unde si uel paucos initio concipiamus assutos fuisse centones, ex illis tamen temporis progressu varie mixtis, deprauatis auctisque, facile assequimur propemodum linguas nasci potuisse infinitas.

tuerit, statuatque adhuc quoties liber, quis prohibeat? Quod si igitur vel solam hanc diuersitatis linguarum primam occasionem tantisper respectemus, constabit facile, quod in primis in omni hac re notandum, causas earum multiplicandarum principes tam ægre amoueri tollique posse, quam difficulter Babelitarum sensus arrogans et studia iniqua ex animis mortalium extirpantur.

Sed progrediamur ad alias linguarum causas, quæ plerisque longe videntur clariores, atque ita constitutæ, ut non possint non in dies linguarum et numerum et molestam indolem ac difficultates augere. Non ego id mihi sumserim, ut eas ad unam omnes conquirere atque nominare ausim. Quod enim alias tritissimo perhibetur canone: *Unius rei esse plures posse causas*, id ad linguarum origines in primis spectare arbitror. Aliæ etiam dantur causæ linguarum principum, quas *matres* vocare solemus; aliæ diuersarum dialectorum, in quas illæ sensim abire solent; aliæ iterum difficultatum, quibus alia præ alia nos exercent: sæpenumero omnes causæ ad unum etiam mire conspirant et congruunt. Sunt aliæ, quæ uniuersum linguæ alicuius systema mutare, et deformare valent vel reformare; aliæ tantum quasdam illius partes et adfectiones vitiant; aliæ in publico quasi, uniuersim et solemnè quadam ratione vim suam exercent; aliæ tantum priuatim et quasi clanculum, adeo ut earum efficacia non nisi post magnum temporis intervallum ex effectibus ipsis animaduertatur. Et cum difficultates linguarum præcipue in *scribendi caractere*, in *lectione*, in *flexione vocum*, in *multitudine vocabulorum atque significatumum*, in *constructionis legibus* atque in *methodo* et horum omnium anomaliis consistant: hariolari facile licet, ipsas linguarum causas, siue decem, siue viginti, siue decies plures fuerint, varia sese habere ratione in difficultatibus hisce augendis, minuendis, variandis.

Non attinet hic ad linguarum genealogias vel historicas vel philologicas excurrere, atque per continuas temporum series ostendere, qua ratione aliæ ex aliis ortæ sint, quibusque locis et temporibus vel in alias sese diffuderint propagines, vel varias pepererint dialectos, vel etiam aliam subinde nactæ sint speciem: adeat, cui volupe est, vasta hac de re Philologorum volumina, quæ Morhofius in suo Polyhistore Lib. IV. c. 3. ingenti numero recensuit. Quamquam enim certum est, ex euolutis probabili hac ratione (cum alius progredi in id generis rebus non detur) linguarum genealogiis, plurimas earum vel effingendarum, vel extirpandarum, vel immutandarum causas in apicem deduci posse: tamen eæ, quæ iam notæ sunt et indubiæ, plus satis sufficiunt, ad euincendum, quod in primis animo obuersatur, paradoxon: *Causas linguarum nec desisse unquam, nec*

desinere posse, quare earum etiam difficultates varia ratione auctum iri, certe per secula singula, ni per decennia. Igitur conquirendis pluribus et iure meo et lubens superfedebam, has ipsas quoque non nisi in tabula exhibiturus.

Causæ linguarum et, quæ eas comitantur, difficultatum, post illam, quam ante nominavimus, Dei iusticiam permittentem, dirigentem ac distribuentem, vel principes sunt, ac solæ tum linguis tum earum dialectis producendis sufficientes, vel secundariæ et adiuvantes. Ad illas inprimis referendas esse arbitror a) populorum per varias orbis partes dispersionem, separationem et in vicem distantiam; b) eorundem migrationes, colonias et in gentes alias infusionem ac mixturem; c) bella, et imperiorum rerumque publicarum constitutionem, quæ uti diuersitatem legum peperit ac consuetudinum,

- a) Lamy in opusculo sæpius laudato l'art de parler, lib. I. c. 15. hanc rem eleganter exprimit. Chacun se retira dans les lieux qui n'étoient point habités, où il pouvoit vivre avec ses femmes et ses enfans, et regner seul. C'est le grand nombre d'idées, la diversité des affaires, le trafic, les arts, les sciences, qui ont fait trouver ce nombre prodigieux de mots; dont une langue a besoin, et cette grande régularité dans la construction des paroles, à fin qu'elles soient capables d'un stile clair, sans équivoques. Mais qui étoient-ils ces premiers hommes qui allèrent habiter les différens climats de la terre? Des chasseurs, qui n'avoient aucune occupation, ni entretien, ni commerce, qui demandât de la fécondité dans les termes, de la régularité dans l'arrangement. - - Ajoutons, que n'ayant eu qu'un très-petit nombre de termes, quand ils se séparèrent, lorsqu'il en falloit trouver de nouveaux, pour marquer les choses dont ils commençoient de se servir, ils ne pouvoient pas inventer les mêmes, et tant éloignés les uns des autres, et ne se connoissant plus. C'est ainsi qu'il y eut sur la terre autant de différen-tes langues que de contrées.
- b) Lamy l. c. Les colonies ont fort multiplié les langues. Car outre que ceux, qui vont en ces colonies ne savent pas assez exactement la langue de leur païs, pour la conserver sans la corrompre: cette langue recevant dans deux différens païs où on la parle des changemens différens, elle se divise et se multiplie nécessairement.
- c) Lamy l. c. Si chaque canton de terre a eu dans son commencement un langage particulier, comment, me dira-t-on, ces langues générales, étendues et qu'on a nommé des langues meres, se seroient-elles pu former? Cela est arrivé, lorsqu'un homme qui avoit plus d'esprit et de force de corps, soit par son savoir-faire, soit par la force de ses armes, a rassemblé plusieurs peuples qu'il a obligés de vivre sous des loix. C'a été une nécessité qu'ils convinsent d'un langage. Les vaincus prirent celui des victorieux à qui ils voulurent faire leur cour, et dont ils recherchèrent les faveurs. Alors vivant ensemble, s'entr'aidant, bâtissant des maisons, exerçant les arts, trafiquant; la nécessité, le plaisir, l'utilité, les ornemens, les affaires, les jeux, les conversations, firent qu'il leur étoit nécessaire d'avoir plusieurs termes pour s'expliquer. Soit par hazard, soit par choix, ils se servirent de termes les plus propres pour s'exprimer sans équivoque et avec agrément. Or quand un terme est une fois reçu et autorisé, il devient propre, l'usage en est plus facile &c.

num, ita linguas inprimis matres diffudit atque stabilivit, hinc inde dicerptis iterum imperiis, euerfis rebuspublicis, extirpatis populis, etiam vel eneruatas iterum, vel corruptas, vel plane abrogatas; *d*) *commercia* atque *conuerfationem* gentium diuerfis linguis utentium, quo etiam id genus coniugia pertinent; *e*) *artium et fcientiarum* in terris variis variarum *incrementa* atque decrementa; *f*) admirandam *hominum* in linguis conftituendis conseruandisque *incuriam*; *g*) quorundam vero *curiofitatem* iufto maiorem et æque inexcufabilem, inprimis ubi vel nouitatis ftudium effufum, vel antiquitatis fetantia pertinax, vel auræ aulicæ aut popularis captatio immoderata accefferit; *h*) tandem cum *rerum* omnium, de quibus fermo ut habeatur oportet, tum etiam ipfarum *linguarum* miserandam *inconfantiam* atque volubilitatem. Inter fecundarias vero cauffas merito retuleris *a*) diuerfitatem *climatum*, partium ad loquelam pertinentium habitum varia ratione adfcientium ac difponentium; *β*) diuerfos *rerum fonos*, diuerfa quoque earum nomina ac vocabula fuggredientes; *γ*) varios matrum, nutricum, *pedagogorum* aliorumque *errores*, in formanda infantum aultiorumque lingua commiffos, et tantum non ubiuis obvios; *δ*) inprimis vero varias in docendis difcendisque linguis *diuerfitates*, in infinitas fere claffes ac damna publica abeuntes, et *ε*) quæ huc pertinent alia.

Iam vero nec inftituti nec temporis ratio permittit, neque exigit neceffitas, ut, quantum quælibet cauffarum, quas nominauimus, in effingendis, deftruendis, mutandisque linguis valeat, feorfim demonftremus, atque exemplis oftendamus. Adpareret fortaffis, fi relam perfequeremur, eas linguarum cauffas, quæ inter innocentes, immo etiam laudandas iure fuo referri volunt, uti funt mortalium in linguis poliendis perficiendisque ftudia operofa et maxime varia, plurimum fapenumero ad linguarum et mutationes et difficultates augendas contuliffe. Nunc quidem ex nominatis tantummodo linguarum cauffis aſſerti veritatem a quolibet rem paulifper fecum penfitante perfpici poſſe facile auguror.

Quid vero inde confequitur? Abiiciendusne eſt animus in erudienda pube verfantium, ubi in levandis linguarum moleſtiis laboribusque defudauimus? Minime gentium: ſed audacius contra nitendum elaborandumque eſt, ut quidquid harum difficultatum prudenti docentium opera diſſolui, amouerique, vel etiam caueri poteſt, eo fidentius diligentiusque tollatur et impediatur. Adhæc, ut uniuerſalis huius linguarum diluuii maximas ſuſtinentes moleſtias maximam quoque diligentiam in venerandis Dei iudicii implorandaque eius ope adhibeant, et expedit, et tam æquum eſt, quam quod æquiſſimum.

Sed ſiſtam gradum, alia fortaffis occaſione, quæ ſuperſunt, vel eo perti-

pertinent, meditationi eorum, quibus iuuentutis salus cura cordique est, commendaturus. Nunc ad hos venio, qui scriptioni huic qualicumque ansam dederunt. Iuvenes sunt *quatuor* florentissimi, atque tum ingenio, tum studiis, tum morum elegantia commendandi, qui absoluta per annum integrum in classe Pædagogii nostri selecta laudabili opera scholastica, ad altiora bono cum Deo properant. Faxit Deus O. M. ut, quod hic jecere studiorum salutisque suæ fundamentum, securus iam temporibus in circulis academicis versantes, pie, diligenter, constanter atque feliciter absoluant. A Nobis quidem omni quo par est amore, fide, benevolentia, gratulatione, spe atque exspectatione iustissima peramanter dimittuntur atque amice. Prius vero quam libera hac liberalium artium palestra egrediantur, in qua priores *duo* per quadriennium et quod excurrit, *tertius* per triennium, *quartus* vero per quinque semestria ad studia diligenter et oppido feliciter incubuerunt, publicas, solemnesque, ut decet, et Deo, et quibus se debere arbitrantur, gratias agere secum constituerunt.

Igitur AVGVSTVS BENEDICTVS Michaelis, Halensis, *de officio cuiusvis hominis aliorum animos cognoscendi* dicit germanice; IOANNES BERNARDVS Degelmann, Viennensis Austriacus, ante hebdomadas aliquot a PARENTE OPTIMO, SENE GRAVISSIMO, iustas ob causas, anticipato tantisper tempore, domum evocatus, *de conscientia recti, egregio in perpetuendis calumniis solatio* locutus, germanica oratione iam tum temporis publice valedixit; BARTHOLDVS HARTWIG a Schack, Eques Danus, *de paganismi vestigiis inter Christianos ubique obuiis* latine dicit; ADAMVS LEONHARDVS a Eschirschky, Eques Silesius, *de mutationibus tempestatis, mutationum in animo imagine*, verba facit germanice, atque uti antecedentes duo, ultimum dicit vale. Quare PATRONOS, FAVTORES, AMICOSQVE rei nostræ litterariæ suo cuiusvis ordine suspiciendos ea, qua par est, observantia atque humanitate rogo, ut tum valedicentes benigne audire, tum etiam lustrationi coetus nostri pro ratione temporis benevoli interesse non dedignentur. Dabam in Pæd.

R. d. 25. Septembr. cl3 lxxxll.



ORDO

ORDO EXAMINIS.

DIE XXVI SEPTEMBRIS.

HORA VIII AD XII.

- | | |
|--|-------------------------|
| 1) Theologica IV. | 2) Latina IV. |
| 3) Latina III. | 4) Theologica selecta. |
| 5) Latina, Philosophica, Oratoria selecta, nec non institutiones iuris civilis. | |
| 6) Oratio valed. prima, de officio cuiusvis hominis, aliorum animos cognoscendi; german. | |
| 7) Oratio valed. secunda, de paganismi inter Christianos vestigiis ubique obuiis, latine. | |
| 8) Oratio valed. tertia, de mutationibus tempestatum, mutationum in animo imagine, germanice. Post hæc LUDOVICVS CHRISTIANVS Juncker, Halensis, pauca de gratulationibus præfatus, abeuntibus fausta quæuis adprecabitur, germanice. | |
| 9) Latina II inferior. | 10) Latina II superior. |

HORA II AD V.

- | | |
|------------------------|-----------------|
| 1) Theologica III. | 2) Græca III. |
| 3) Oratoria germanica. | 4) Græca II. |
| 5) Latina I. | 6) Arithmetica. |
| 7) Græca I. | 8) Historica. |
| 9) Logica. | |

DIE XXVII SEPTEMBRIS.

HORA VIII AD XII.

- | | |
|--------------------------------|--------------------------|
| 1) Theologica II vtraque. | 2) Gallica III. |
| 3) Poetica latina III. | 4) Gallica II inferior. |
| 5) Poetica latina II inferior. | 6) Gallica II superior. |
| 7) Heraldica. | 8) Gallica I et selecta. |
| 9) Optica. | 10) Botanica. |

HORA II AD V.

- | | |
|--------------------------------|------------------------------|
| 1) Poetica latina II superior. | 2) Mathematica II vtraque. |
| 3) Poetica latina I. | 4) Mathematica I. |
| 5) Præparationes arithmeticae. | 6) Præparationes geometricæ. |
| 7) Repetitiones geographicae. | 8) Theologica I. |

ORDO

ORDO ORATIONVM RELIQUARVM
EX CLASSE PRIMA.

IOANNES THOMAS a Münch, Augustanus, *de amicitia extra amicitiam utilissima*, germanice.

CHRISTIANVS a Münch, Augustanus, *de providentia Dei ex varia illius in hominum morte conspicua*, germanice.

GISBERTVS a Neutern, Eques Liouonus, *de inimicitia manifesta, amicitia sicte prestante*, latine.

ERNESTVS a Neutern, Eques Liouonus, *de variis eruditorum fame accupande artibus*, latine.

IOACHIMVS a Puttkammer, Eques Pomeranus, *de scopolis in eruditione paranda maxime cauendis*, latina oratione soluta verba faciet, atque cum antecedentibus omnibus vltimum dicet vale.



ORDO


ORDO

Ta 3011

21

WOLP
WOLP


WOLP
WOLP



54

Cl 3576

62.



Q. D. B. V.
 ORGII SARGANECK
 PAEDAG. REG. INSPECT. ADI.
 ROGRAMMA III.
 DE
 NDA DEI MAIESTATE
 EX
 LINGVARVM
 VLTATE PERMISSA
 ET
 ORBIS TERRARVM GENTES
 VARIE DISTRIBVTA

QVO
 AMEN IVENTVTIS
 SCHOLASTICAE
 IN
 OGIO REGIO GLAVCHENSI
 AD
 MEM XXVI, ET XXVII. SEPTEMBRIS CDO ICCCXLI
 CONSTITVTO
 ET
 AD AVDIENDAS
 EDICENTIVM ORATIONES
 VLTIMAS
 I LITTERARIAE SCHOLASTICAE
 FAVENTES
 EFFICIOSISSIME AC PERHVMANITER
 INVITANTVR.

HALAE MAGDEBVRGICAE
 S IOANNIS IVSTINI GEEAVERI ACADEM. TYP.

